



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi  
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo  
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

**Crombach, Hermann**

**Coloniæ, 1645**

Caput 18. Ante Paschale tempus inuisit Parochianos, admonet officij,  
corripit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14591**

Etorum omnium inquinamentis, precio-  
so Sanguine tuo emundati, sub sacratissi-  
morum Vulnerum tuorum tutela, ad  
gloriosum Diuinæ faciei tuæ conspectum  
admittantur. Per Dominum nostrum IESUM  
Christum Filium tuum, qui tecum  
viuit & regnat, in vnitate Spiritus Sancti  
Deus, per omnia secula seculorum, Am̄.

## C A P V T XVIII.

*Ante Paschale tempus inuisit Parochianos,  
admonet officij, corripit.*

*Visitat  
suos,*

*corripit*

**C**Aptabat opportunitatem Parochia-  
nos singulos adeundi cū opus, eos  
sui officij commonebat in Paschate, quos-  
dam amicis & blandis verbis corripiebat,  
nonnullos etiam acrius perstringebat, &  
vitia, quæ cum offendiculis aliorum con-  
iuncta videbantur, velut vlcus pestiferum  
sic obiurgationis nouaculâ incidebat, vt  
virus latens educeret; ne hac in re tam vi-  
rorum illustrium aut Prælatorum perso-  
nas, quàm officij sui rationem & hanc  
Principis Pastorum comminationem at-  
tendebat: *Quod infirmum fuit, non consoli-  
dastis, & quod egrotum, non sanastis, quod con-  
fractum est, non alligastis, & quod abiectum est,*

*Ezec. 34.*

*non*

*non reduxistis, & quod perierat, non quaesistis.*

Quòd si monitio carere fructu videretur, rem Deo, sanctis Regibus, alijsq; Patronis diligenter, nec sine fructu commēdabat: sæpe enim ad serui sui fidelis voces & preces corda Deus occultè permouebat, vt suis non deessent partibus: Omnes enim eius verba, dicentisq; vim & quandam auctoritatem virtute partam verebantur, quam Deo nixa rebus in arduis fiducia, verborum ipsorum pondus & circumspēctio augebat. Solebat eodem tempore quosdam certis donare libellis asceticis, statui vel necessitati priuatæ congruis; idem amicis alijs extra parœciam præstabat fructu non pœnitendo. Cuidam ordinis Senatorij viro Heliotropium P. Drexelij donarat, is legere magna voluptate cœpit, & stetit lectioni fructus; eâdem hebdomadâ casus acerbissimus sic percussit eundem & penè prostravit, vt ingenuè Iacobo confessus sit, nisi se ruentem penè in desperationis barathrum libri monitis erexisset & gradum firmasset, collapsurum fuisse.

*Fructus  
donati p̄j  
libri.*

Ac licet laborarit, vt oues ad ouile suum duceret, cum religiosis tamen familijs ar-

ctâ

ta familiaritate se obligabat, nec eorum  
 priuilegia voluit infringere, vel subditos  
 ab eorum sacris tribunalibus auertere,  
 quin imò fundatores earum vel Patronos  
 colebat ipse, festis eorum diebus læpiùs a-  
 pud eos sacris operabatur: iisdem festis  
 vota quandoque nuncupabat, vel testa-  
 mentarias tabulas condebat, aut emen-  
 dabat.

C A P V T XIX.

*Officia diuina curat diligenter, ornat Eccle-  
 siam, pietatemq̄ promouet.*

**C**VM Psalmista regio diligebat decorem  
 domus Dei, & locum habitationis eius,  
 & tam Sacrum, quoties canendum esset,  
 quàm officia reliqua diuina, curabat, vt  
 distinctè, articulatè, religiosè, augustèq̄;  
 cum præsentium pietate peragerentur,  
 talesq̄e sibi vel Vicarios sufficiebat, vel  
 Diaconos, Subdiaconosq̄e adsciscebat,  
 quos vultùs modestia, morum maturitas,  
 & cultùs diuini reuerentia maximè com-  
 mendabat. Quoties Aedituus vel alij Mi-  
 nistri Ecclesiæ noui eligendi essent, nul-  
 lius amici rogatu, vel alterius minùs si-  
 cere affectus studio se abduci patiebatur,  
 quin